In pancfordia passa est nuper Regia m.tas ab Haereticis electoribus se denuo eligi, et eisdem praecedentes recessus se servaturum Iurisdictionem astrinxit.

In praedictis multa concessit in favorem haereticorum, et fidei catholicae praejudicium. Imo Augustanos confessionistas Haereticos simul cum cat.cis pacifice manere posse decrevit, et colloquium inter cat.cos et Haereticos Vormatiae, super rebus fidei habeci voluit, absque Iuris sententia, et licentia.

Herbipolensis, et Labacensis opi. ab haereticis impune interfecti sunt, et Pambergensis fuga sibi salutem peperit.

Ex Dieta Pataviensi

Mandat ut ab utriusque religionis patribus eligant, qui colloquia debeant super concordia de rebus religionis praevenda, et interim pacifici maneant invicem cat.ci et augustanae confessionem profitentes, et alij alios non vexent.

Quod in futuris comitijs de rebus Relig.is statuetur, integre ab omnibus servetur.

Formulam Iur.ti utraque pars modo suo praestare possit.

Ex Dieta Augustana Ultima

Statuit ne quis Religionis causa alicui bellum inferat.

Confessionistae non turbent papistarum Religionem, nec econverso.

Liberum sit eis, qui sub papatu sunt ad evangelicos transire sine famae et bonorum dispendio, et bona occ.ca ante Pataviensem Dietam

Dietam a Principibus, aut alijs occupata, ulterius repetitum possint.

Iurisd.nes ordinarijs non ereptae, de caetero non eripiant, ipsi tamen pro religionis diversitate ministros idoneos ordinent, et de eorum salario inter ambas partes transigatur.

Bona ea.ar occupata in aliquos pios usus convertant.

Liberum sit unicuique religionis causa alio transire.

Non impediantur Nationalia, Provincialia, et particularia concilia, colloquia, et conventus.

Ubi utraque religio concessa et admissa fuit, perseveret usque ad concilium.

Quae contra haec in alijs imperialibus conventibus statuta fuerint pro cassatis habeant.

Oes Haereses de caetero exulent praeter Augustanam